Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vt det illis hereditatem gentium
opera manuum eius uidetur & iudicium
Fidelia omnia mandata eius con
firmata in seculum seculi facta in ue
ritate & equitate Redemptionem mi
sit dominus populo suo mandauit in
eternum testamentum suum Sanc
tum & terribile nomen eius initium
sapientie timor domini Intellec
tus bonus omnibus facientibus eum
laudatio eius manet in seculum seculi
Alla versionis aggey & Zacharie.
Beatus uir qui
timet dominum in manda
tis eius uolet nimis Po
tens in terra erit semen eius generatio
rectorum benedicetur Gloria & diui
tie in domo eius & iustitia eius ma
net in seculum seculi Exortum e
in tenebris lumen rectis misericors
& miserator & iustus Iocundus
homo qui miseretur & commodat dis
ponet sermones suos in iudicio quia
in eternum non commouebitur In me
moria eterna erit iustus ab auditione
mala non timebit Paratum cor e
spare in domino confirmatum e cor
eius non commouebitur donec despi
at inimicos suos Dispersit dedit
pauperibus iustitia eius manet in se
culum seculi cornu eius exaltabitur
in gloria Peccator uidebit & irasc
etur dentibus suis fremet & tabes
cet desiderium peccatorum peribit.
Laudate
pueri dominum laudate
nomen domini Sit no
men domini benedictum ex hoc nunc
et usque in seculum A solis ortu us
que ad occasum laudabile nomen dni
Excelsus super omnes gentes dnus
& super celos gloria eius Quis sicut do
minus deus noster qui in altis habi
tat & humilia respicit in celo & in terra
Suscitans a terra inopem & de ster
core erigens pauperem Vt collocet
eum cum principibus cum principib;
populi sui Qui habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum letantem
Cum exiuit israel de egypto Alla.
domus iacob de populo barbaro Fac
ta est iudea sanctificatio eius israel
potestas eius Mare uidit & fugit
iordanis quia conuersus est retrorsum
Montes exultauerunt ut arietes &
colles sicut agni ouium Quid
est tibi mare quod fugisti & tu ior
danis quia conuersus es retrorsum
Montes exultastis sicut arietes
& colles sicut agni ouium A fa
cie domini mota est tota terra a facie de
iacob Qui conuertit petram in stag
na aquarum & rupem in fontes a
quarum Non nobis domine non
nobis sed nomini tuo da gloriam
super misericordia tua & ueritate tua ne
quando dicant gentes ubi est deus
eorum Deus autem noster in celo om
nia quecumque uoluit fecit Simu
lacra gentium argentum &
aurum opera manuum hominum Os
habent & non loquentur oculos habent
& non uidebunt Aures habent & non
audient nares habent & non odorabunt